



Per.
Lat
020

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.
Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistulae et
□□□□□□ manuscripta mittantur. □□□□□□

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZER
Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem
□□□□ pecuniae quaecunque dirigantur. □□□□

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae
□ □ □ subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae. □ □ □

Anno novo ineunte.¹


Christianorum mos est primum diem
anni caerimoniā² sacrā celebrare, sic etiam
a Romanis, postquam anni principium³
in Calendas Ianuarias translatum est, hic
dies festus habebatur. Prospero⁴ enim initio
omnium rerum a Ro-
manis vis⁵ maxima
tribuebatur, qui a
Graecis illud ἀρχή
ἡμῶν παντός⁶ — coe-
pisse est dimidium
facti — didicisse vi-
dentur.

Primus dies anni
igitur festum supre-
mum⁷ erat Iani, om-
nium initiorum³ dei,
cuius manu coelum,
mare, nubila, terrae,
omnia claudebantur,
omnia patebant.⁸ Ut
ianitor⁹ cuiusque do-
mus hominum egres-
sus introitusque vi-

debat, sic Ianus, ianitor omnium, aulae¹⁰
coelestis partes Eoas¹¹ Hesperidasque¹¹
simul perspiciebat. Qui, ut videret, quod
a tergo et quod ante esset, geminas habe-
bat frontes, ne flexu¹² cervicis¹³ tempora
perderet.

Templum Iani, quod tempore belli pa-
tebat, pace reclude-
batur, clarissimum
erat. Patebat autem
templum motis¹⁴ ar-
mis,¹⁴ ut populo ad
bella profecto redi-
tus pateret, tempore
pacis clausum erat,
ne pax discedere
posset.

Quae cum ita es-
sent, maximus erat



Templum Iani.

¹ kezd ² szertartás ³ kez-
det ⁴ szerencsés ⁵ fontos-
ság ⁶ a kezdet mindennek
a felé ⁷ legkiválóbb ⁸ nyitva
van ⁹ kapus ¹⁰ udvar
¹¹ kelet és nyugat ¹² for-
dulat ¹³ nyak ¹⁴ harcba
szálláskor




honor Iani, cui primo anni die sacra praecipua offerrebantur tura,¹⁵ merum,¹⁶ farraque,¹⁷ sale¹⁸ mixta.

Hoc die magistratus summis caerimoniis iniebantur, amici autem et familiares strenis¹⁹ dulcibus: palmis,²⁰ caricis,²¹ melle²² se inter se donabant, ut lucra anni dulcia forent.

Nobis quoque memorabilis²³ est Ianus, a cuius nomine primus mensis anni adhuc Ianuarius appellatur, cuius primā die bonas faustasque preces omnibus lectoribus repetimus.

15 tömjén 16 szinbor 17 liszt 18 só 19 ajándék 20 datolya 21 füge 22 méz 23 nevezetes.



LECTORIBUS MINIMIS.

Reditus Ulyssis. VII.

Cum Ulysses in Ithacam venisset, subito Minerva dea ante eum stetit eumque sic allocuta¹ est: O Ulysses, et antea semper



te amavi et nunc te adiuuabo. Uxor tua te vehementissime exspectat, sed multi proci sunt in domo tua, qui divitias tuas perdunt.² Hi occidendi sunt. Ut hoc facilius perficere possis, mutabo³

faciem⁴ et figuram tuam. Cum haec dea dixisset, Ulysses subito in speciem pauperis senis⁵ mutatus est. Hoc propterea⁶ fecit dea, ne Ulysses a procis agnosceretur.⁷

Deinde Ulysses ad Eumaeum, pastorem suum ivit. Hic erat regi fidelissimus et vir probus et prudens. Sed quia Ulysses mutatus erat, Eumaeus eum non agnovit. Sed tamen eum valde hospitaliter⁸ excepit.⁹ Paullo post Telemachus, qui modo ex itinere redierat, in casam Eumaei intravit et iussit eum ad Penelopam properare,¹⁰ ut illa sciret filium rediisse. Eumaeus fecit, quod iussum erat.

Postquam Ulysses et Telemachus soli relictii sunt, pater filio se aperuit.¹¹ Telemachus valde gavisus¹² est. Tum Ulysses dixit: «O mi fili, redii et procos punire volo. Sed opus¹³ est,¹³ ut taceas. Me Minerva adiuuabit. Itaque bono animo esto et redi in urbem.» Telemachus patri paruit¹⁴ et in urbem ivit.

Postero die Ulysses quoque cum Eumaeo in urbem ivit. Cum ad domum suam venisset, canis, quem olim ipse educaverat, dominum agnovit.⁷ Itaque laetissimus caudam¹⁵ movit et dominum salutare¹⁶ voluit. Sed cum propter senectutem a procis valde neglectus¹⁷ esset, vires¹⁸ eius fractae¹⁹ erant. Itaque non potuit ad dominum ire, sed eum sereno²⁰ vultu intuens²¹ mortuus est. Ulysses morte canis maestus,²² sed fide eius valde gavisus in domum intravit.


Verba publica.

Necessitas²³ dat legem. — Nemo ante mortem beatus.²⁴ — Nemo propheta in patria. — Ne quid nimis.²⁵ — Nervus²⁶ rerum²⁷ gerendarum.²⁷ — Nescis, quid vesper serus²⁸ vehat.²⁹ — Ne sutor³⁰ ultra³¹ crepidam.³² — Ne vitiosa³³ quidem nuce³⁴ emam. — Ni³⁵ fallor.³⁵ — Nihil³⁶ ad³⁶ rem.³⁶ — Nihil est ab³⁷ omni³⁷ parte³⁷ beatum. — Nihil in in-

1 *alloquor* megszólít 2 *pusztít* 3 *változtat* 4 *külső*
5 *senex* öreg ember 6 *azért* 7 *fölismer* 8 *barátságosan*
9 *fogad* 10 *siet* 11 *fölfedez* 12 *gaudeo* örül 13 *szükséges*
14 *pareo* engedelmeskedik 15 *fark* 16 *üdvözöl*
17 *elhanyagol* 18 *erő* 19 *megettör* 20 *barátságos* 21 *intueor*
néz 22 *bús* 23 *szükség* (törvényt bont) 24 *boldog*
25 *túlságosan* (túlságba vigyünk) 26 *ideg* 27 *res* (*rem*)
gero = háborút visel (n. r. g. = pénz) 28 *késő* 29 *szállít*,
hoz 30 *varga* 31 *túl* 32 *kapta* 33 *hibás*, «lyukas» 34 *dió*,
mogyoró 35 = *nisi fallor* = ha nem csalódom 36 *nem*
tartozik a dologra 37 *minden* tekintetben


tellectu,³⁸ quod non ante fuerit in sensu.³⁹ — Nil admirari.⁴⁰ — Nil mortalibus arduum.⁴¹ — Nil sine⁴² vita labore dedit mortalibus unquam.⁴³ — Nimium²⁵ ne crede colori.⁴⁴

³⁸ tudás ³⁹ érzék (látás, hallás) ⁴⁰ csodál ⁴¹ nehéz ⁴² sine t. i. labore ⁴³ valaha ⁴⁴ külszin.



Sopwithe aëronauta machinā Howard-Wrighthianā vectus Fretum¹ Gallicum¹ transvolavit. Horā octavā et dimidiā Sopwithe in urbe Britannica Dubri² se³ levavit³ et quamquam vento adverso, volatum ausus est. Post horas sex in litore⁴ Belgico, prope fines Gallicos demissus est; nonaginta igitur milliaria⁵ Britannica vel centum quadraginta quinque chiliometra confecit.

In Californiae urbe Los Angeles Hoxsey aëronauta in altitudinem 3706 metrorum evector, altitudinem 3200 metrorum, quam Legagneux assecutus erat, superavit.



De tesseris¹ colligendis.²

Sub medium saeculum superius ex Britannia nuntius allatus est, nonnullos homines se tesseris iam signatis (itaque nullius pretii³) colligendis dedisse. Ludus hic, qui et tunc et postea diu multis, ut nonnullis etiam nunc, irridendus videbatur, iam eo tempore, quo tesserae vix decem annos in usu erant, a multis diligebatur non minus, quam colebatur.⁴ Etiam in patria nostra, sed tantum septimo superioris saeculi decennio colligendis tesseris maior tribuebatur favor,⁵ temporibus autem nostris tam longe lateque divulgabatur, ut ceteras delectationes hominum superasse videretur. Collatio² tesserarum vocabulo Graeco Philatelia appellatur.

Caecilius Grace aëronauta Britannicus in Galliae litore prope Portum⁶ Itium⁶ biplano subvolavit in patriam reversurus. Ex hoc momento a nullo⁷ quoquam⁷ videbatur.

Sancti⁸ Pauli⁸ prope Mediolanum⁹ aëronauta, nomine Piccolo cum machina delectus periit.

Vratislaviae¹⁰ Hayn mensor¹¹ ex altitudine 150 metrorum delapsus mortuus est.

¹ La Manche ² Dubris = Dover ³ fölszáll ⁴ part ⁵ mérföld ⁶ Boulogne ⁷ senkitől sem ⁸ San Paolo ⁹ Milano ¹⁰ Breslau ¹¹ mérnök.



Certamen traharum¹ ponitur in Tatrae montibus, celebritate² frequentissimis.² Homines, viri feminaeque delectu³ omni³ ac³ discrimine³ remoto³ delectationibus ibi hiemis gaudent.

¹ szán ² nagyon látogatott ³ minden különbség nélkül

De pretio huius ludi diversissimae sunt opiniones:⁶ quidam puerilem illum, imo ne puero quidem convenientem, alii vero geographicis humanisque studiis utilissimam occupationem putant, quae etiam adultis dignissima sit. Itaque etiamsi longissime rem non producas,⁷ affirmare tamen poteris, collationem tesserarum aptam ad delectandos homines esse idque commodi⁸ certe habere, ut nos amplitudinem⁹ commercii¹⁰ terrarum¹⁰ edoceat. Sed — ut omnes cuiusquam generis occupationes — haec quoque inter certos fines continenda est, modus¹¹ in hac quoque re adhibendus; quae delectatio¹², non autem ut apud colligentes plerumque fieri solet, causa omnium prima vitaeque summa¹³ et caput¹³ habeatur.


Fogaras.

G. a Bausnern.

¹ bélyeg ² gyűjt ³ értéktelen ⁴ szeret és gyakorol ⁵ figyelem ⁶ vélemény ⁷ messzire megy ⁸ előny ⁹ kiterjedés ¹⁰ világtorgalom ¹¹ mértéktartás ¹² szórákozással ¹³ végcél.

Studium eorum, qui inconsiderati⁴ cacumina montium petunt, iam sibi victimam⁵ poposcit. E quattuor iuvenibus in Tatrae montibus ad Lacum Viridem, qui vocatur, evasuris unus, nomine Antonius Bibor, decidens crus⁶ sibi fregit. Quem socii magnā virium contentione subductum⁷ collocaverunt niveque operuerunt,⁸ ne gelu⁹ periret. Tum ad salutis¹⁰ auctores¹⁰ conquirendos abierunt. Sed iuvenis infelix, amicis absentibus, doloribus fractus, in altitudinem se praecipitavit,¹¹ ubi mortuus est.

⁴ meggondolatlan ⁵ áldozat ⁶ lábszár ⁷ fölház ⁸ betakar ⁹ fagy ¹⁰ mentők ¹¹ levet.



Ovum in lagenam¹ adactum.² Aër crassus³ prementior⁴ est, quam aër tenuis.⁵ Ad quod demonstrandum sume⁶ ovum durum⁷ et lagenam, qualem in pictura vides. Testā⁸ detractā⁸ fomitem⁹ e charta paras,



quem accensum in lagenam inicis. Deinde aër, qui est in lagenā, calore¹⁰ diffunditur¹¹ et magna ex parte emanat,¹² ita ut paulo post parum¹³ aëris calefacti¹⁴ in lagena supersit. Tum ovum, obturamenti¹⁵ instar,¹⁵ in collo¹⁶ lagenae ponitur neque in lagenam compellitur.² Quia charta cito deflagrat,¹⁷ aër lagenae sensim¹⁸ refrigeratur¹⁹ et crassatur.²⁰ Mox spatium aëris extenuati¹¹ fit et ovum aëris²¹ pressu²¹ actum,² in lagenae collum delabatur²² et magno cum sonitu²³ in imam²⁴ lagenam²⁴ decidit.

Mathematicus longam seriem²⁵ numerorum, alium²⁶ alii²⁶ subscribit; 3 6 postea totum²⁷ cuidam spectantium addendum²⁸ tradit. Simul cum chartā traditā enuntiat summam numerorum, quam ille alter²⁹ non³⁰ facili³⁰ negotio³⁰ inveniet.


192 Numerorum enim ascriptorum ultimus duplicatur (6144 × 2 = 12288), 384 de qua summa numerus primus 768 (3) deducitur;³¹ 12288 — 3 = 12285. 1536

3072 Cavendum³² est, ut numero praecedente³³ consequens³⁴ duplo³⁵ maior³⁵ (3, 6, 12, 24 etc.) sit. 6144 12285

Ad conventum³⁶ populi³⁶ Hungarici³⁶ latum³⁷ est, ut igniaria³⁸ e phosphore flavo fieri lege vetarentur.³⁹ Qua occasione mentio⁴⁰ incidit⁴⁰ de igniariorum inventore. Igniarium enim phosphoricum inventio Hungarica est. Ioannes Irinyi in universitate Vindobonensi anno 1836. discipulus fuit Meissneri chemici, cum animum⁴¹ induceret,⁴¹ ut in igniariis conficiendis phosphore uteretur. Paucis experimentis⁴² factis e gummi arabico, rubigine⁴³ plumbea⁴³ et phosphore mixturam⁴⁴ fecit, in quam ramenta⁴⁵ sulphurata⁴⁵ intinxit.⁴⁶ Haec ramenta arefacta⁴⁷ cum in pariete⁴⁸ fricabantur,⁴⁹ ilico ardere coeperant.

Irinyi inventionem 60 florenis vendidit officinae⁵⁰ domino,⁵⁰ Römero Vindobonensi, cuius igniaria paulo post Vindobonae, mox ubique venditabantur.

¹ palack ² szorít ³ sűrű ⁴ nagyobb nyomású ⁵ ritka ⁶ vesz ⁷ keményre főtt ⁸ héját lehámozza ⁹ fomes gyújtó ¹⁰ melegtől ¹¹ higít ¹² kiömlik ¹³ kevés ¹⁴ melegít ¹⁵ dugó módjára ¹⁶ nyak ¹⁷ elég ¹⁸ lassan ¹⁹ hűl ²⁰ sűrűsödik ²¹ légnnyomás ²² lecsúszik ²³ csattanás ²⁴ a palack aljára ²⁵ sor ²⁶ egyiket a másik alá ²⁷ az egészset ²⁸ összeadásra ²⁹ a néző ³⁰ nem könnyűszerrel ³¹ levon ³² ügyel ³³ megelőzőnél ³⁴ következő ³⁵ kétszer nagyobb ³⁶ magyar képviselőház ³⁷ törvényjavaslatot benyújt ³⁸ gyújtófa ³⁹ tilt ⁴⁰ szó esik ⁴¹ eszébe jut ⁴² kísérlet ⁴³ ólomoxid ⁴⁴ keverék ⁴⁵ kénes pácika ⁴⁶ bemárt ⁴⁷ megszárad ⁴⁸ fal ⁴⁹ dörzsöl ⁵⁰ gyáros.



Birgerus Schöldström, Suecicā linguā disertissimus² interpres³ Petöfii nostri Holmiae⁴ morbo acerbissimo succubuit. Unus erat paucorum, qui poëtae clarissimi nostri opera e sermone Hungarico ipso in linguam externam converterunt; interpretum enim maxima pars in convertendis operibus nostris linguā Germanicā utuntur, quae a Hungaricā tantopere abhorret. Schöldström maximum cepit gaudium, cum in statua Petöfii Segesváriensi inter duodecim linguas etiam linguā Suecicā insculptos⁵ esse cognovisset hos versiculos: «Libertas et amor — Duobus teneor», quos sic convertit: «Frihet och kärleksglöd — Lösen i lif och död». Viri, Hungarorum amantissimi mortem sincere⁶ vereque lugemus.⁷

Alfredus a Musset,⁸ unus omnium poëtarum maximus centum annis ante Parisiis, in via Noyers domo 33. natus est. Musset collegium Henrici IV. frequentavit, deinde iuris⁹ disciplinae⁹ operam¹⁰ dedit,¹⁰ tum medicinae studebat. Sed non contentus his occupationibus, vix viginti annos natus edidit *Fabulas ex Hispania et Italia* (Contes d'Espagne et d'Italie), quibus uno velut ictu¹¹ gloriam maximam adeptus est. Hic tantus poëta 1852. ab Academia Gallica sodalis creatus est. Sed eo tempore viribus et animi et corporis iam confectus erat.¹² Decem voluminibus 1876 emissa sunt opera omnia poëtae maximi, cuius poëmata melica¹³ immortalia sunt.



Victori Madarász omnes artis pingendi amatores postr. Id. Dec., cum artifex insignis vitae annum octogesimum exegisset, gratulabantur. Madarász Vindobonae eruditus est, tum Parisios se contulit, ubi Leonis Cogniet discipulus erat, mox (1861) ibidem

nummo¹⁴ aureo honoratae sunt tabulae inter eas, quae annuae¹⁵ exponebantur. Primus dici potest omnium pictorum Hungaricorum, qui artem¹⁶ rerum¹⁶ gestarum¹⁶ pingendi¹⁶ in fastigium¹⁷ altum attollit. Clara Zách, Elisabetha Báthory, Zrinyi et Frangepán, Ladislaus Hunyady, Regina Isabella etc. in omnium Hungarorum domibus versantur. Hic noster eo carior est nobis, quod anno 1848 inter publicae¹⁸ libertatis¹⁸ vindices¹⁸ pugnavit.

Mogentiana¹⁹ erat municipium²⁰ Romanum, in Pannonia superiore prope Lacum




Sepulcrum cum ossibus.

Poisonem²¹ situm. In his regionibus interdum veterum temporum reliquiae effodiuntur. Adhuc 118 sepulcra cum urnis, 12 sepulcra cum ossibus humanis detecta sunt. In

¹ svéd ² ékesszólo ³ fordító ⁴ Stockholm ⁵ bevés
⁶ őszintén ⁷ gyászol ⁸ Müsszé ⁹ jogtudomány ¹⁰ foglalkozik (dat.) ¹¹ csapás ¹² kimerült ¹³ lírikus ¹⁴ érem
¹⁵ az évi kiállításon ¹⁶ történelmi festés ¹⁷ színvonal
¹⁸ honvéd ¹⁹ Keszthely ²⁰ «törvényhatóság» ²¹ Balaton

lapide cuiusdam sepulcri hic titulus legitur :
 TI · IVLIVS · FAVSTINVS · ANN²² · XXXV ·
 IVLIA · FAVSTINA · ANN · XL · H²³ · S²³ · S²³ ·
 Haec sepulcra rebus priscae artis abundant :
 urnae vitreae²⁴ et fictiles,²⁵ urcei,²⁶ lances,²⁷
 orbes,²⁸ pocula, lucernae,²⁹ fibulae,³⁰ specula,³¹
 sagittae, cuspides³² aliaeque res diversae ex
 his sepulcris prolatae sunt. Ob oculos vobis
 in hac pictura ponitur alterum sepulcrum



Sepulcrum cum urnis.

cum ossibus, alterum cum urnis, ut nuperime³³ effossa sunt.

Andreas Carnegie, Americanus ille ditissimus ad pacem³⁴ gentium³⁴ propagandam³⁵ centies³⁶ centena³⁶ millia³⁶ dollarum obtulit. De huius summae usurarum³⁷ impendendi³⁷ ratione nunc deliberatur. Usurae annuae huius donationis erunt quingentis millia dollarum vel quinquies³⁸ et vicies³⁸ centena³⁸ millia³⁸ coronarum. Omnes pecuniae, quas Carnegie adhuc³⁹ in⁴⁰ usum⁴⁰ publicum⁴⁰ contulit, sunt duodevicies⁴¹ centies⁴¹ centena⁴¹ millia⁴¹ dollarum vel nonvicies⁴² millies⁴² millia⁴² coronarum.

Idibus Decembris in⁴³ parte⁴³ Danubii⁴³ ulteriore⁴³ coelum⁴⁴ quodam modo vernabat.⁴⁴ E his regionibus papilio⁴⁵ pulcherrimus versicolor⁴⁵ cum melolontha⁴⁶ nobis missus est ad tempestatem serenam⁴⁷ demonstrandam. Nos autem veris nuntios praematos⁴⁸ e vinculis expeditivimus.⁴⁹

Novi Eboraci in viae ferratae statione⁵⁰ principali⁵⁰ magna vis⁵¹ spiritus⁵² naturalis⁵² displosa⁵³ est. Ad quinquaginta homines mortui, ad trecentos vulnerati sunt. Sacerdotes moribundos in⁵⁴ publico⁵⁴ oleo⁵⁵ sacro⁵⁵ inunxerunt.

Plurimi homines humi⁵⁶ prostrati,⁵⁶ redae⁵⁷ meritoriae,⁵⁷ currus electrici ac viae ferratae eversa⁵⁸ sunt.

Guilielmus István episcopus Sabariensis⁵⁹ annum agens sexagesimum mortem obiit. Hic vir eximius humili quidem loco ortus, tamen indole, litterarum studio aliisque virtutibus ad maximos honores evectus est, quibus ita fungebatur, ut omnium bonorum sibi laudes conciliaverit, *I. Huszár.*

Sex milites cum praefecto⁶⁰ in confinio⁶¹ Austriae et Italiae circumeuntes⁶² nivium⁶³ mole⁶³ oppressi sunt. Praefectus declinatione⁶⁴ quadam⁶⁴ corporis⁶⁴ mortem effugit, milites perierunt.

²² annorum ²³ hic sili sunt = itt feküsznek ²⁴ üveges
²⁵ agyagos ²⁶ korsó ²⁷ tál ²⁸ tányér ²⁹ lámpás
³⁰ csat ³¹ tükör ³² lándzsahegy ³³ újabban ³⁴ nemzetközi béke
³⁵ terjeszt, «erősít» ³⁶ 10,000.000 ³⁷ kamat hováfordítása
³⁸ 2,500.000 ³⁹ eddig ⁴⁰ közcélokra ⁴¹ 180,000.000
⁴² 900,000.000 ⁴³ Dunántúl ⁴⁴ tavaszodik ⁴⁵ tarka pillangó
⁴⁶ cserebogár ⁴⁷ derült ⁴⁸ túlkorai ⁴⁹ megszabadít
⁵⁰ középponti állomás ⁵¹ tömeg ⁵² gáz ⁵³ szétrobban
⁵⁴ utcán ⁵⁵ utolsó kenet ⁵⁶ földre sujt ⁵⁷ bérkocsi
⁵⁸ felfordít ⁵⁹ szombathelyi ⁶⁰ tiszt ⁶¹ határ
⁶² őrzőjárat ⁶³ lavina ⁶⁴ egy hajszálra.

Robinson. XVII.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

Anxietas¹ de salute legatorum. Navis magna conspicitur in aequore. Coniuratio nautarum. Nearchus² cum duobus captivis in insula exponitur. Robinsonis auxilio rebelles³ opprimuntur, navis iusto domino restituitur.

Septem interim elapsi sunt dies, ex quo legati discesserant; octavo tandem die ante meridiem Quintus laetus decurrit de spēcula⁴ heroque suo iam procul inelamat: adventant, adventant!

Robinson arrepto telescopo⁵ (Quinto comitatus) propere ascendit in collem naviculamque appropinquantem observare coepit. At mox attonitus:⁶ «Heu nobis, Quinte — inquit — nisi oculis fallor, nave illā non Hispani nostri, sed Angli armati advehuntur».

Quintus omnibus membris contremuit. Robinson vero dissimulans⁷ angorem suum: «Quid tremis? — ait. — Sequere me! Sumamus⁸ nos quoque arma, ut hostes propulsare queamus».

Armis sumptis caute repetunt⁹ locum editio-

¹ aggodalom ² kapitány ³ lázadó ⁴ kilátó ⁵ meszszelató ⁶ megdöbbsent ⁷ titkol ⁸ fölvesz ⁹ újra fölkeres



rem¹⁰ visuri, quid sibi hospites inexpectati¹¹ vellent. Undecim viri erant in navicula, octo ex iis armati, tres catenis¹² vincti.¹³ Nautae in terram egressi tres captivos destituunt¹⁴ in litore harenoso,¹⁵ ipsi vero nemus¹⁶ opacum¹⁷ intrant, ubi fusi¹⁸ per caespitem¹⁹ ardores²⁰ solis meridiani devitarent. Ipsa navis sat procul in²¹ alto²¹ constitisse videbatur.

Captivi interim immoti maestique sedebant capitibus demissis.²² Haud diu hoc Robinson tulit. Revocans in memoriam miseras, quas ipse in insulam eiectus perpessus²³ esset, captivis subvenire²⁴ statuit. Itaque circumspiciens cum Quinto descendit de monte et per circuitum²⁵ — ne conspici possent — sensim²⁶ ad



captivos subrepunt.²⁷ «Nolite timere — incipit submissā voce Robinson — auxilio vobis adsumus; exornite²⁸ causam vinculorum!»

«Oh domine — respondit maximus natu eorum — viden²⁹ navem illam in ancoris stantem? Illius ego nauarchus,³ hic gubernator,³⁰ iste unus e vectoribus.³¹ Nautae mei, homines, quos terra sustinet,³² perditissimi,³³ coniuratione factā nave potiti sunt, meque cum his duobus, miseriae sociis in insulā hac pereundum — quod Deus in capita eorum vertat³⁴ — exposuerunt.»

Conquerente³⁵ adhuc nauarcho Robinson omnibus vincula solvit et: «Hac duplici lege³⁶ — ait — vel³⁷ ipsam vitam pro vobis periclitari³⁸ sum paratus: primo, ut mihi, quamdiu in insula commorabimini, oboediatis; secundo, ut nave auxilio divino recuperatā in Europam, in patriam me revehatis».

10 magas 11 váratlan 12 catena lánc 13 köt 14 kitesz 15 homokos 16 liget 17 sűrű 18 elterül 19 gyp 20 hév 21 nyílt tengeren 22 lehorgasztott 23 szenved 24 segítségére megy 25 kerülő 26 lassan 27 lecsúszik 28 elmond 29 látod-e 30 kormányos 31 utas 32 «chord» 33 hitvány 34 «zúdít» 35 panaszkodik 36 föltétel 37 akár 38 kockáztat

Cui praefectus navis: «Servi tui — respondit — esse volumus fidissimi, quodque mandaveris,³⁹ libentissime exsequemur.⁴⁰ Deus tibi...» «Sed accipite gladios — interpellat⁴¹ Robinson loquentem — atque adoriamur rebelles sub umbra iacentes; videamus tamen, ut victoria, quantum licet, incruenta⁴² sit.» *Proxime finiatur.*

39 rendel 40 teljesít 41 félbeszakít 42 vértelen



Milites inter se. — Ubi fuisti nocte superiore inter pugnae tumultum?¹

— Ego? Ibi fui semper in confertissima² turba hostium.

— Nusquam te vidi, quamquam et ego pugnae interfui.

— Prope me interfectus est tribunus³ militum³, etiam mea galea⁴ telo transfixa est. In medio certamine et horologium⁵ mihi subductum⁶ est.

Vix haec miles gloriosus⁷ narravit, cum servus celeri passu horologium attulit.

— Repperisti horologium? Ubi?

— In cella⁸ vinaria,⁸ ubi nocte superiore reliquisti.

F. Holló.

Rabelais, Gallus facetissimus,⁹ qui caseum¹⁰ maxime amabat, apud amicum olim convivatus¹¹ est. In secundis¹² mensis¹² caseus optimus integer¹³ appositus est. «Ubinam¹⁴ illum discindam?»¹⁵ hospitem¹⁶ rogat. — «Ubi placet» respondit hic. Rabelais his auditis servum vocat eique dicit: «Sume hunc caseum eumque domum aufer, ubi discindetur».¹⁵


L. Kárász.

Mater. O mea filia, tu non discis, non laboras. Quid de te fiet? Aspice apem!¹⁷ totum diem volitat,¹⁸ dum alimentum inveniat. Neque tamen comedit totum, sed partem magnam domum fert. Ape utaris exemplo.

Filia. Tua cohortatio¹⁹ placet, matercula. Et ego hercle²⁰ totum diem mel²¹ colligere²² velim.

N. Soneriu.

1 zavar 2 sűrű 3 ezredes 4 sisak 5 óra 6 ellop 7 hencégő 8 pince 9 tréfás 10 sajt 11 étkezik 12 csemege 13 ép, felvágatlan 14 vajjon hol 15 megszeg 16 vendéglátó 17 méh 18 röpdös 19 buzdítás 20 valóban 21 méz 22 gyűjt.



I.

Est numerus, cui si addantur 11, et ab eodem deducantur 7, prior numerus fit duplus posterioris.

II.

Anser grege alieno anserum conspecto exclamat: «Salvete, fratres, hem quantus est numerus vestrum! Centum esse videmini».

«Falleris, fratercule», respondat anser acutus.¹ «Multo pauciores sumus. Nam si duplicaveris nostrum numerum, huic addideris dimidium et quadrantem et te ipsum, centum erimus.» Quot erant anseres?

III.

Duo mercatores in negotio² quodam duo millia coronarum collocant.³ Alter post 17 menses 1710 coronas accepit, alter post annum 1040 coronas. Quantum pecuniae uterque in negotio collocavit et quantum lucratus⁴ est?

D. Kruspér.

IV.


A	A	A	H
I	I	I	I
M	M	O	O
R	S	S	V

Ex his 16 litteris 4 vocabula componantur: 1. Caput regni. 2. Laniger. 3. Pronomen personale. 4. Pars orbis terrarum. Haec vocabula desuper deorsum lecta idem reddant, quod a sinistra ad dextram.

R. Székács.

V.

C. Wrentschur et C. Pichler Poelovione.⁵



¹ szellemes ² üzlet, vállalat ³ befektet ⁴ kap ⁵ Pettau.


VI.

Nemo et Nullus habitabant in una domo. Nemo evasit, Nullus excurrit. Quis mansit?

Solutiones aenigmatum numeri 7-8.

I. $v = 8, x = 12, y = 5, z = 20$. II. Duo pedes ierunt Aquincum. III. 100. IV. 170 discipuli erant; in altera parte erant 49, in altera 121. V. Qui fert malis auxilium, post tempus dolebit. VI. Clavis, piscis, nectar, absens, satira, Scipio. VII. Vesp(a) — asi(a)nus — iu — pe — (a)rator = Vespasianus imperator.

Aenigmata recte dissolverunt: A. Ambrózy, A. baro Csávossy, F. Dalnoki, Fratres Exner, D. Fuchs, A. Gusielle, E. Haas, L. Matta, G. Molnár, fratres Naschitz, A. Péterffy, L. Poić, Tr. Popu, I. Sorger, I. Száiber et C. Murakózy, F. Partay, I. Szendefi, I. Szunyog, fratres Totis, Fr. Unkelhäusser, G. Vavrincez, D. Vidats, A. Weisz, L. Zoufaly. Tarde solutionem miserunt: O. Albrich, I. Arth, C. Kollár, Eug. Rátz, Au. Senchea. Praemium Francisco Partay adiudicatum est.



I. Arth. Satis belle res tuas delineasti. At aenigmata non satis liquent. «De diis Romanorum» iam decantatum est. Spero te meliora missurum, qua es diligentia. — Iosephus S. Kaposvár et Iulius Z. Tuum non intelligo. Mitte versionem Hungaricam. — Iosephus Huszár. Bene rem enarrasti, nihilominus aliud mittas velim. — I. Zoufaly. Tuum non bene sonat latine. Desiderantur ictus¹ subitil Aenigma fortasse edetur. — L. Ambrózy. Tuum non intellego. — L. Bródy. De Mathia rege notissima sunt. — F. Dalnoki. Ad me venias velim. — I. Galbács. Carmina versibus convertantur. — A. Gusielle. Fortasse. — Alba-Ecclesia. Quia tuum longiusculum est, haud fieri posse puto, ut ante pascha edatur. Ceterum, pro tua erga nos benevolentia tibi gratias agimus. — I. Huszár. Cur nobis tessaram misisti? — L. Kármán. Noli sollicitari, mi fili. Omnibus tuis notis et amicis iure affirmare potes te recte illud aenigma conscripsisse. «Hae litterae ita distribuimus...» (pro distribuuntur) est mendum preli. — E. Klein. Patientiam! — G. Mitosinka. Iuventus I. p. 39. — G. Molnár. Habemus aliquot lectores in America quoque. — L. Óvári. Bonum videtur. — Pallai. Si te ad administratorem conferes, numerum desideratum accipies. — A. Péterffy. Veni in domicilium meum. — Tr. Popu. Tuum in edendis positum est. — Székács. Tuum quoque. — P. Winkler. Aspice anni I. num. 3. aenigma imaginibus expressum!

¹ csattanó.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.